

Psalms

inquit liberi sunt filii. Sed tñ ne scandalizem⁹ eos: ait Petro. Vade mitte hamū in mare: et qui primum piscis ascenderit: appetnos eius et inuenies staterem: id est duas didrachmas. Stater ponderis genus est habens quatuor drachmas. Inuenis ibi: da illis pro me te. Bñe retribues pro me. Merito habem⁹ primū pisces hamo captū: hamo cōprehensum. Primū surgentez de mari: primogenitū a mortuis. In eius ore inuenim⁹ duas didrachmas: id ē quatuor drachmas: in ei⁹ ore inuenim⁹ quatuor euāgelia. Iste q̄tuor drachmas ab exactō h⁹ seculi liberamur: p̄ quatuor euāgelia debilitores nō remanebim⁹. Ibi em⁹ peccata nřa omnia solusūt. Retribuit ergo p̄ nobis gratias misericordie ip̄i⁹. Nihil debet: p̄ se nō reddidit: sed p̄ nobis reddidit. Ecce inquit venit p̄nceps mūdi bni⁹: et in me nihil inueniet. Quid est in me nihil inueniet: Nullū peccatū in me inueniet: quare occidat me: nō habet. Sed vt sciāt omnes ait: quia voluntatem patris mei facio: surgite eamus hinc. Quid est surgite eamus hinc? Id est non necessitate: sed volūtate patior reddens qđ nō debeo. Bñe retribues p̄ro me. Bñe misericordia tua ī eternū.

*alia fa
ta facili.*

*Wolfa.
tct*

Quid desiderēt: nō diē hominū. Nō labo rari subsequēs te dñe: et diē hominū nō cō cupiu tu scis. Ecce martyrs sancta Crispina si desideraret diē hominū negaret christū: Plus hic viueret: s̄ in eternū non viueret. Maluit in eternū viuere: qđ paulo ampli⁹ taliter viuere. Beniq̄ domine misericor dia tua in eternū: nō ad temp⁹ volo libera ri. Bñisericordia tua ī eternū: qz martyres liberasti. Et sic cito de hac vita abstulisti. Bñe misericordia tua in eternū. Ope ra manū tuarū ne despicias. Non dico: Bñe ne despicias opa manū meaz: nō me iacto de opibus meis. Exquisui domini manib⁹ meis nocte corā eo: et nō sum deceptus: sed tñ nō cōmendo opa manū mearū. Tineo ne cuz inspereris inuenias plura peccata qđ merita. Hoc solum rogo: hoc dico: hoc impetrare desidero: Opera manū tuarū ne despicias. Opus tuum in me vide: non meum. Nam meuz si videris damnas: tuum si videris coronas: quia et quecūq̄ sunt opera bona: opera mea abs te mihi sunt: et ideo tua magis qđ mea sunt. Audio quippe ab apostolo tuo: gratia sal ui facit estis p̄ fidem: et hoc nō ex vobis: sed dei donū est: nō ex opibus: ne forte q̄s ex

CXXXVIII.

tollatur. Ipius em⁹ sum⁹ segmentū creati in christo Jesu in opibus bonis. Ergo siue in eo qđ hoies sum⁹: siue i eo qđ ex nřa impie tate mutati: et iustificati sumus: Bñe opera manū tuarū ne despicias.

Explicit Tractatus de ps. CXXXVII.

Incipit Tractatus de ps. CXXXVIII.

Prefatio.

DSalmu nobis breuem paueramus: quem mādaueram⁹ cantare a lectore: sed ad horam quātum videſ perturbatus: alterū p altero legit. Mhaluumus nos in errore lectoris sequi voluntatē dei: qđ nostrā in nostro pposito. Si ergo vos in eius plixitate aliquādiu tenuerim⁹: nobis nō imputetis. Sed credatis deū nos nō in fructuose laborare voluisse. Necq̄ em⁹ fruſtra in p̄mo peccato nostro penā accepim⁹: vt in sudore vultus nři panē manducem⁹. Tm̄ si panis est antēdite: Panis autē est si christus est. Ego suz inq̄ panis viuus qđ de celo descēdi. Quē māifestatū nob̄ habem⁹ in euāgolio: ip̄m queram⁹ et i p̄phetis. Hic ibi nō vident sup̄ quorū cor adhac velamē positiū est: Ubi audiuit cantas vīa hester no die. Nobis ait: qz sacrificiū vespertinū crucis domini cōscidit velū: vt pateant iaz templi secreta: qđ diu nobis christus predi cal: et si cū labore et sudore māducand⁹ est panis. Loquit autē dñs noster Jesus chri stus in p̄phetis aliqui ex persona capitū nři: qui est ip̄e christus saluator: sedēs ad dextera ram patris: qui etiā ppter nos natus de vir gine: et sub pontio Pilato q̄lia nostis pass⁹ est: fuso innocentē sanguine: qđ est p̄ciū no strum: redemit nocentes a captiuitate in q̄ detinebamur a diabolo: donādo nob̄ deli cta: et ip̄o p̄cio nostro sanguine suo delēs chi rographis quo debitores tenebamur. Ip̄e est rex et sponsus et redemptor ecclie caput nostrū: et vtiq̄ si caput est: habet corp⁹. Corpus autē eius sancta ecclia que etiā cō iungit eius: cui dicit aplus: Vos autēz estis corp⁹ christi et membra. Lotus itaq̄ christ⁹ caput et corp⁹: tanq̄ integer vir: qz et semīa de viro facta est: et ad virū p̄tinet: et dictum est de p̄mo p̄iugio: Erunt duo i carne vna. Hoc autē ad mysteriū interptat̄ aplus: non frusta esse dictū de illis duob⁹ homib⁹: nisi qz in eis iam figurabat christus et ecclia. Hā hoc sic exponit aplus: Erunt duo in carne inq̄ vna: sacramētū hoc magnū est. Ego autē dico: in christo et ecclia. Bicit euā ip̄m Adā formā futuri: qui ē inq̄ forma fu

Psalms

turi. Si ergo Adā forma futuri: quō de latere dormētis. Eua facta est: sic ex latere dormiētis: id est in passione morientis et in cruce p̄cussi de lancea manauerūt sacramēta quibus formaret ecclesia. Nam de futura eadē passione sua sic dicit i alio psalmo: Ego dormītū t somnū cepi t exurrexi: qz domin⁹ suscepit me. Ergo dormitio intel ligit passio. Eua de latere dormētis: ecclia de latere patientis. Loquit ergo dominus noster Iesus christus in prophetis: aliqui ex voce sua: aliquādo ex voce nostra: qz vnu se facit nobiscū: sicut dictū est: Erūt duo in carne vna. Unde dicit t ipse dñs in euangelio cū te cōiugio loqueret: Igī iam non sunt duo: sed vna caro. Una caro: quia de nostra mortalitate carnē suscepit. Nō autē vna diuinitas: quia ille creator: nos creatura. Quicqđ igitur domin⁹ loquit ex persona suscepit carnis: t ad illud caput pertinet qd iam ascēdit in celuz: t ad ista membra que adhuc in terrena peregrinatōne laborant. Pro quibus laborantib⁹ membris cum ea Galus insequere: clamauit de celo: Saule saule quid me p̄sequeris: Audiamus ḡ loquētem dominū nostrū Iesum christum in prophetia. Lantati em̄ sunt iipi psalmi: longe ante qd dñs de Maria virgine nasceret: nō ante qd domin⁹ esset. Semper em̄ creator omnū: aliqui aut t natus ex creatura. Diuinitatem em̄ illam credam⁹: et quātū possum⁹ intelligam⁹ equalē patri. Sed illa diuinitas patri equalis facta est p̄ticeps mortalitatis nostre: nō de suo: sed nostro: vt t nos efficeremur p̄ticeps diuinitatis eius: nō de nostro: sed de ipius.

Expositio psalmi.

Domine probasti me t cognisti me: Dicat hoc ipse domin⁹ Iesus christus: dicat t dño patri. Nō em̄ dñs ei⁹ p̄ ei⁹: nisi qz dignat⁹ ē na scī fm carnē. Pater est dei: domin⁹ homis. His nosse cui pat̄ ē: Equali sibi filio. Apostolus dicit: Qui cū in forma dei esset non rapinam arbitratus ē esse se eq̄lē deo. Huic forme pater ē deus equali sibi forme vnguenito filio nato de substantia sua. Propter nos aut t reficeremur t efficeremur p̄ticeps diuinitatis eius repati ad vitā eternā: qz ip̄e vt dixi: factus ē p̄ticeps mortalitatis nostre: quid de illo ait apostol⁹ ibi: vbi dixerat: Qui cū in forma dei esset: nō rapinam arbitratus ē esse se equalē deo: Sed semet ipsuz inq̄t exinanivit: formā serui accipies: in similitudine hominū factus: t habitu in-

CXXXVIII.

uentus vt homo. Erat aut in forma dei eq̄lis patri: t accepit formā serui qua minor ē pater. Unū vtricq̄ dicit in euāgelio: Ego et pater vnu sumus fm formā dei: pater maior me est fm formā serui. Ergo qz et pater t domin⁹ est: pater forme dei: dominus forme serui. Dicat ergo ipse nec miremur: nec scandalizemur: qā filius dei vnicus dicit: Bñe pbasti me t coquisti me. Probasti et coquisti: nō qz non nouerat: s qz alijs notū fecerat. Probasti me inquit t coquisti me. Tu cognouisti sessionē meā t resurrectionē meā. Quid b̄ sessio: Quid b̄ resurrectionē: Qui sedet b̄siliat se. Sedet ḡ dominus in passiōe: surrexit in resurrectionē. Tu inq̄t hoc cognouisti: id est tu voluisti: tu approbasti: fm voluntatē tuā factus est. Si autē volueris accipere vocē capitū ex persona corporis: dicamus t nos: tu cognouisti sessionē meā t resurrectionē meā. Sedet em̄ homo qn̄ humiliat se in penitentia: surgit autē remissis peccatis: qn̄ erigit i spem vite eterne. Propterea t in alio psalmo dicit: Surgite posteaq̄ sedistis qui manducatis panē doloris. Panem doloris penitentes māducant qui cantant in alio psalmo t dicit: Facte sunt nubi lachrymē mee panes die ac nocte. Quid ē. n. surgite posteaq̄ sedistis: Rilate exaltari: nisi p̄us hūliati fueritis. Multi enim volunt surgere ante qd federint: volunt se iustos videri: ante qd peccatores esse confessi sunt. Ergo si ex persona capitū nfi accipis: sic intellige: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meā: passionē meā: t resurrectionē meaz: si ex persona corporis: tu cognouisti sessionē meā t resurrectionē meā: corā oculis tuis: t peccata cōfessus sum: t tua gratia iustificatus sum. Intellexisti cogitationes meas t de longinquo: semitā meas t limitem mei inuestigasti. Et omnes vias meas p̄uidisti: Quid ē de longinquo: Cū adhuc in peregrinatione sum: ante qd ad illā patriā veniā: tu cognouisti cogitationē meā. Attende illum filiu mōrē: qz ip̄e enā fact⁹ ē corp⁹ ecclie xp̄i: etiā de gentib⁹ veniēs. Iterat q̄ppe i longinquo fili⁹ minor. Buos em̄ filios habebat qdem paterfamilias: maior nō lōge iterat: s i agro opabat: t sīḡt sanctos i lege faciētes opa t p̄cepta legis. Ben⁹ aut hūanū qd defluxerat i idoloz culturā: in longinquo fuerat peregrinatus. Quid tā longe ab eo q̄ fecit te: qd figmētu qd tibi ipse fecisti: Profect⁹ ē ḡ fili⁹ minor i regionē longinqua portū secū l̄bas

Alla fs.
t de longe
t funiculus
glamica. Quare b̄ dicit: Q
tētib⁹ ambulauit semitā mea:
q̄pp⁹: atē discessit: a te cū q̄ mut
mōrē tētib⁹ tētib⁹ fuit sine te.
Ergo tētib⁹ peccata sua: dicas
tētib⁹ iustificati nō uisitū ill⁹: g
cognouisti oīa nouissima e
cognouisti antiqua mea qn̄ po
tētib⁹ expetiū: Annū fuit mōrē c
tētib⁹ nouissimū: antiqui peccat
mōrē nouissima pena: qn̄ in ill⁹ m
mōrē pūcūlō fāḡ p̄cūlō

Psalmus

suā: et sicut nouimus ī euāgelio: dissipauit
 eā viuēs p̄dige cū meretricib⁹: et famē pas-
 sus applicuit se cūdā p̄ncipi regiōis illi⁹: et
 ille eū porcis pascēdis p̄posuit: de quorū si-
 liq̄s cupiebat saturari: nec poterat: Et p⁹ la-
 borē et tritūrā: et tribulationē et egestatē: ve-
 nit illi ī mentē et pater: et voluit redire: et sic
 ait: Surgā et ibo ad patrē meū. Surgā di-
 xit: sederat em̄. Eius ḡ vocē h̄ agnosce di-
 cens: tu cognouisti sessionē meā et resurre-
 ctionē meā. Sed in egestate: surrexi in de-
 siderio panis tui. Intellexisti cogitationes
 meas de longinquo: longe em̄ erā pfect⁹: sed
 vbi nō est quē deseruerā? Intellexisti cogi-
 tationes meas de longinquo. Id opterea sic
 dicit dñs in euāgelio: Quia occurrit illi pa-
 tri venīt. Vlere q̄ intellexerat cogitationes ei⁹ de longinquo. Semitā meā et limitē
 meū inuestigasti. Semitā inq̄t meā quā ni-
 si malā quā ille ambulauerat: vt patrē dese-
 reret: q̄si occult⁹ esse possit ab oculis vindi-
 cantis. At vō in illa egestate cōtereret: aut
 porcos pascere ponere: nisi p̄f velet fla-
 gellare longinquiū ut reciperet p̄prium. Ergo tanq̄z dēphēsus fugitiū sequētē se
 vindicta legitima dei vidicātis ī affectiōes
 vias q̄liq̄s ierim⁹ et q̄liq̄s p̄gressi fuerim⁹
 agnoscimur. Tāq̄z ḡ dēphēsus fugitiū lo-
 quit: Semitā meā et limitē meū inuestigasti.
 Quid ē semitā meā? Quia pfect⁹ su. Quid
 ē limitē meū? Quousq̄z pueni. Semitā meā
 et limitē meū inuestigasti. Limes me⁹ ille lō-
 ginqui⁹ nō fuit longe ab oculis tuis: multū
 ierāt tu ibi cras. Semitā meā et limitē meū
 inuestigasti: et oēs vias meas p̄uidisti: nō dī-
 xit: vidisti: sed p̄uidisti. Anq̄z eas irē: aſi q̄z
 eas ambulare p̄uidisti eas: et p̄misisti me in
 labore ire vias meas: vt si nolle laborare
 redire ad vias tuas. **Q**m̄ nō est dol⁹ ī
 lingua mea. Quare h̄ dixit: Quia ecce
 fateor tibi: ambulauit semitā meā: fact⁹ sum
 lōginqui⁹: a te discessi: a te cū q̄ mibi bñ erat
 et bono meo male mibi fuit sine te. Nā si bñ
 mibi esset sine te: nolle forsitan redire ad te.
 Ergo iste p̄fitēs peccata sua: dicēs: corpus
 chasti iustificatū nō in se: b̄ in illi⁹ grā dixit.
 nō est dol⁹ ī lingua mea. **E**cce tu dñe
 cognouisti oia nouissima et antiq̄:
 Cognouisti nouissima mea q̄si porcos pa-
 ui: cognouisti antiqua mea q̄si a te pte sube-
 mee expetui: Antiq̄ fuerit mibi exordia ma-
 lorū nouissimorū: antiquū peccatū q̄si lapsi
 sum⁹ nouissima pena: q̄si in istā mortalitatē
 laboriosaz p̄cūlosaz puenim⁹: atq̄ vñā

CXXXVIII.

nobis ista sit nouissima. Erit ista nouissima
 si iā redire voluerim⁹. Est em̄ alia q̄busdāz
 imp̄js nouissima quib⁹ diceſ: Ite in ignē
 eternū qui p̄patus ē diabolo et angelis ei⁹.
 Hos aut frēs buſusq̄ deseruim⁹ deū. Uſq̄
 ad hui⁹ vite mortalitatē sufficiat labor nr̄.
 Recordemur panē p̄ris nr̄: recolam⁹ bea-
 titudinē dom⁹ patris nr̄. Hō nos delectēt
 siliq̄ porcoꝝ: doctrine demoniorū. Ecce tu
 dñe cognouisti oia nouissima et antiq̄ mea:
 Nouissima quo pueni: antiq̄ vbi te offēdi. **A**lla l̄fa.
Tformasti.
Lu finixisti me et posuisti super me
 manū tuā. Finixisti me: vbi: In uitā mor-
 talitatē iā ad labores ad q̄s oēs natū sum⁹.
 Hō em̄ q̄s nasciſ: nū ſi quē deus finixerit in
 vtero matris ſue. Aut vlla creatura eſt cui⁹
 nō eſt ille plasmator. Sed finixisti me in iſto
 labore: et posuisti ſup me manū tuā: vindicē
 manū grauātē ſupbū. Ita em̄ ſalubriter
 dieciſ elatiſ: vt erigat hūlē. **L**u finixisti me
 et posuisti ſup me manū tuā. **A**dmirifica
 ta eſt ſcietā tua ex me: iuauit nō po-
 tero ad illā. Aliqd qđ obscurū quidē ē:
 ſed nō cū pua dulcedine intelligiſ aduertē
 tes audite. Moysē ſanct⁹ dei famul⁹ cū q̄
 loq̄baſ de⁹ p̄ nubē: q̄i tpaliter loquēs vtiq̄
 p̄ assumptā creaturā loquebaſ ſeruo ſuo: id
 eſt nō p̄ ſubā ſuā: b̄ p̄ assumptā aliquā cor-
 poralē creaturā p̄ quā voces ille fierēt: et bu-
 manis atq̄ mortalib⁹ aurib⁹ pſonarēt. Sic
 em̄ loquebaſ tūc de⁹ nō quō loquit in ſuba
 ſua. Quō em̄ loquit i ſtātia ſua: Locutio
 dei: verbū dei ē: verbū dei christ⁹ ē. Verbū
 illud nō ſonat et trāſiſt: b̄ ſemp incōmutabi-
 lif manet v̄bū: p̄ qđ facta ſūt oia: Lui ver-
 bo dī: Ip̄a ē em̄ ſapiētia dei. Mutabis ea
 et mutabunt: tu aut idē ip̄e es. Et alio loco
 de ſapiētia cuz ſcriptura diceret: in ſeipſa
 manēs: ait inouat oia. Illa ḡ ſapiētia ſtāſ
 ſi dici debeat: v̄l ſtāns. dicit aut ppter incō
 mutabilitatē nō p̄p̄ ſimilitatē: et codē mō
 ſe ſp̄ hſis nullo loco: nllō tpe variata: nū ſq̄
 aliſ q̄z bic aut ibi: nunq̄ aliſ q̄z nūc aut an-
 tea: ip̄a eſt locutio dei. Locutio vō illa q̄ ſie-
 bat ad Moysen: ad hoiem ſiebat per ſylla-
 bas p̄trāſcētē ſonos. Hō aut fierēt iſta: ni
 ſi deus amueret talē creaturā p̄ quā hmōi
 ſmonē et voces emitteret. Moysē ſanct⁹
 nouerat iſta locutionē dei: aſſūptis q̄busdā
 corporeis creaturis fieri: et ſic deſiderauit et
 cōcupiuit vidē ip̄az ſpeciē dci: et loquēt ſe-
 cū deo dixit: Si iuueni ḡfaz aſi te: ofide mibi
 teip̄m. Lū b̄ vehemētē ſcupiſceret: et hoc
 qđā ſi dicēduz ē: anuica familiaritatē q̄ ip̄e

Psalmus

dignatus est extorqre vellet deo vt videret eius maiestatem et faciem: quomodo dici potest facies dei: ait illi: Non potes videre faciem meam. Nemo enim vidit faciem meam: et vixit. Sed ponat te in spelunca petre: et transibo et ponat super te manum meam: cum autem transiero posteriora mea videbis. Et ex his verbis natu est alterum enigma: id est obscura quedam figura rerum. Cum transiero posteriora mea videbis dicit deus: quod si ex alia parte habeat faciem: ex alia dorsum. Absit a nobis tale aliquid de illa maiestate sentire. Nam quod habet deo: quod ei perdebat quod tempora dei clausa sunt: id est in corde suo fabricat. Sunt ergo in illis verbis magna mysteria. Loquebasur dominus: ut dixi propter creaturam: quod velle famulo suo: intellecta est illic persona domini ipsius: et salvatoris nostri Iesu Christi: Qui quidem secundum formam dei quod equalis est patri: similiter oculis humanis invisibilis est sicut et pater. Si enim sapientia humana videri oculis nostro potest: Sed quia erat dominus opportuno tempore carne suscepturus: ut oculis etiam carnis propter salubritatem curande virtus nostra appareret: quoniam ita apparere opus erat. Hoc predicet Moysi figura: aut: Faciem meam videre non potes: posteriora mea videbis: sed cum transiero: ut autem non videoas faciem meam: manus mea erit super te. Transire quod fuit domino: nisi quod euangelista dicit: Cum autem venisset hora ut transiret Jesus dominus mundo ad patrem: Nam ipsum transitum significat pascha. Quod enim hebraico vero dicitur: pascha: latine transitus interpretatur. Quid est faciem meam non videbis: sed posteriora mea videbis: Luius persona gerebat ille Moses: quoniam ei dictum est: Faciem meam non videbis: sed posteriora mea videbis: et hoc cum transiero: ut autem non videoas faciem meam ponam super te manum meam: Faciem suam dixit: prima sua et quodammodo posteriora sua transitus est in mundo passio eius. Apparuit iudeis: non eum cognoverunt. Eorum persona gerebat Moses: qui ei dicebat: faciem meam non potes videre. Tamen autem non viderunt deum in carne positum: Quia grauata erat super eos manus domini. De illis enim dixerat Esaias: In crassa cor populi huius: et oculos eorum grauata: Et eorum vox est in alio psalmo: Quoniam grauata est super me manus tua. Ut ergo non cognoscerent tunc diuinitatem Christi: grauati sunt. Si enim cognouissent: nunquam deum glorie crucifixissent. Non crucifixo autem domino: sanguis illius non redimeret orbem terrarum. Quid egit deus

CXXXVIII.

nisi quod ait apostolus: altitudinem divinitatis sapientie et scientie dei: ubi exclamat. O altitudo divinitatis sapientie et scientie dei: quod incomprehensibilia sunt iudicia eius: et inuestigabiles viae eius? Quis enim cognovit sensum domini: aut quod psilarius eius fuit: aut quis poterit dicere illi et retribueret ei? Quoniam ex ipso et per ipsum: et in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum. Apostolus hoc dicit: quod superius dixerat: Leccitas ex parte istius facta est: ut plenitudo gentium intraret: et sic omnis istius saluus fieret. Excedenti sunt ergo ex parte iudei merito superbie sue: quod se iustos dicebant: et execrati crucifixerunt dominum. Posuit super eos manus suae viderent eum: donec transiret secundum deum mundum ad patrem. Videamus si postea quod transiit videret posteriora sua. Resurrexit dominus: apparuit discipulis suis et omnibus qui in eum iam crediderant: non eis a quibus crucifixus erat: quod super eos manus posuerat donec transiret. Ascendit autem in celum quadraginta diebus faciliter cum discipulis suis: Impleto autem die pentecostes misit eis spiritum sanctum: repletus spiritu sancto ceperunt omnium linguis loqui qui in una nati erant: et unam solam didicierant. Expauerunt et exhoruerunt tantum miraculum milia eorum quod crucifixerat dominum: cōpuncti corde de tanto miraculo quesierunt cōsiliū ab apostolis quod ficeret postea quod eis predicatus est christus miratus vnde idiote homines linguis omnibus loquerentur. Per Petrum igitur apostolum annunciatum eis christum quem in cruce contemplaverant: quem tandem mortalē hominem uriserant: Luius propterea insultabant: quod de cruce non descendebat: cum utique maius multo fuerit quod fecit de sepulchro resurgere: quod de cruce descendere. Annunciatum ergo christo sibi dixerunt: quod faciem? Illi quod scierunt in dominum quem videbāt: itaque psilium petunt salutis: et dictum est eis: Agite penitentiam et baptizet virum quod vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi: et remittentes vobis peccata via. Ecce viderunt posteriora eius: cuius faciem videre non potuerunt. Manus enim eius erat super oculos cornu non semper: sed donec transiret. Postea quod transiit abiulit manus ab oculis eorum. Ablata manus ab oculis eorum: dicitur discipulis: quod faciem? et proximo seui: postea prius: primo traxi: postea timidi: primo duri: postea flexi: primo ceci: postea illuminati. Prout quod agnoscamus: et in hoc psalmo voces hominis etiam gentium recordantur infidelitate suā. Conclusus enim deus oes in infidelitate: ut oīm miserat. Tu finisti me et posuisti super me manus tuas. Mirificata est

Psalms

sc̄tia tua ex me: iualuit et si potero ad illā: veluti posuisti sup me manū tuā: mirus mihi factus es: nō te cōprehendo cū quo erā. Q̄d faciliſ mibi erat vultus patris quando dixi: Da mibi ſubſtantia meam que cōtin- git. Ecce pfecto in regionem longinquam et fame contrito multuz mibi eſt: et labor eſt ante me: non poſſum picipere quod dimiſi. Mirificata eſt inquit ſc̄tia tua ex me. Ex peccato meo factum eſt: ut mirificata mibi eſſet: et incomprehensibilis mibi exiſteret. Nam erat mibi facilitas cōtemplādi te: q̄n nō i ſupbia reliquerā te. Mirificata ē inq̄t ſc̄tia tua ex me inualuit nō potero ad illā: ſed ſubaudis ex me. Non potero ad illā ex me: cum ergo potero: non potero niſi ex te. Ecce inuenies in longinquo fugitiū: non latere oculos eius a quo fugit. Et quo itu- rū eſt iam: cui⁹ limes eſt inuestigatus? Eli- dete quid dicit: **Q**uo ibo a ſpiritu tuo. Spiritus eīn domini replete orbē ter- rārum. Quis poſteſt fugere in mūdo ab illo ſpiritu: quo plenus eſt mundus? **Q**uo ibo a ſpiritu tuo? **E**t quo a facie tua fu- giam? Locū querit quo fugiat ab ira dei. Quis ē locus receptur⁹ fugitiū dei: Ho- mines qui ſuſcipiūt fugitiuos q̄rūt ab eis a quo ſugirint: et quem ſeruſi inuenient ali- cui⁹ domini munus poſtētis: tanq̄ ſine ullo timore ſuſcipiūt dicentes: in corde ſuo: nō habet iſte tale dominū: a quo p̄t inuestiga- ri: **E**t autē audierint dominū poſtentē: aut non ſuſcipiūt: aut cum magno timore ſuſci- piūt: **E**t q̄r homo poſtens falli poſteſt. Elbi non eſt deus. Quis fallit deū? **Q**uē nō vi- det deus? **A** quo fugitiū ſuum nō repetit deus? **Q**uo ergo ibit fugitiū iſte a facie dei: Uertit ſe huc atq; illuc quaſi querens locum fuge ſue. **S**i ascendero: inquit in celum tu ibi eſt: ſi deſcendero in infernum ades. Landez cognouisti male fugitiue nullo pacto te poſſe fieri longe ab eo: a q̄ longinquare voluisti. Ecce ille vbi- q̄ eſt: quo tu iturus eſt. Inuenit consiliū: et ab illo qui eū iā reuocare dignaſ inspira- tum. Si ascendero in celū tu ibi eſt: ſi deſcē- dero in infernum ades. Si me extulero te in- uenio repſorem: ſi me abscondero: te inue- nio inquisitorē: et non inquisitorē tñ: ſed et inuestigatorē. Si eīn ſupbiero de iuſticia mea: tu ibi eſt vbi eſt vera iuſticia. Si pec- cando venero in pſfundū malorū: et confi- teri cōtempſero dicens: Quis me videt: in iuſtico: quis eīn conſitebit tibi: etiam illic

CXXXVIII.

ades ut vindices. Quo ergo iturus ſum: ut a facie tua fugiam: id eſt iratū te nō ſen- tiam: **H**oc consiliū inuenit: Sic fugiā inq̄t a facie tua: ſic fugiā a ſpiritu tuo: ab ultore ſpiritu: a vindice facie ſic fugiā. Quomō?

Allia līa
t ſumpſero.
t diluculo.

Si recipiā pennas meas in di- rectum: et habitauero in extremis maris. Sic poſſum fugere a facie tua. Si in extrema maris vult fugere a facie dei: ibi non erit ille a quo fugit: de quo dixit: ſi de- ſcendero in infernum ades: **M**irū ſi in extre- mis maris nō eſt: qui nec apud inferos de- eſt. Sed noui inquit quomō fugiam ab ira tua. Recipiende ſunt pēne mee nō: in pra- ūum: ſed in directum: nec in ſuperbā erigar pſumptionē: nec in perditā mergar despe- rationē. Quas pennas vult aſſumere: niſi duas alas: duo p̄cepta caritatis. In quib⁹ duobus p̄ceptis tota lex pendet et ppbete. **H**as inquit alas: has pennas ſi recipiam ſic: et habitabo in extremis maris: poſſum fu- gere a facie tua ad faciez tuā: et a facie irati ad faciem placati. Quid enim eſt extre- mū maris: niſi finis ſeculi? Illuc iam volemus ſpe et desiderio habentes alas gemine cari- tatis: nō ſit nobis requies: niſi in extrema maris. Nam ſi alibi requie voluerimus: in mare p̄cipitabimur. Volemus quoq; fi- niatur mare: ſuspendam⁹ nos pennis gemi- ne dilectionis ad deum: interim ſpe volem⁹ et illum ſinem maris ſpe fideli pmeditemur. Quis autē nos pducat attēdite: Ille ipse cu- ius facie irati volumus fugere. Quid enim ſequit: Si deſcendero in infernum ades: ſi re- ciplam⁹ pennas meas in directū. Recipiā inquit. Ergo amiferat. Recipiā pennas in directum: et habitabo in nouiſſima maris.

Etenim illuc manus tua deducet me: et adducet me dexter a tua. **H**oc ſtenebit meditemur fratres cariſſimi: hec ſit ſpes no- ſtra: hec ſit cōſolatio noſtra: recipiāt⁹ pen- nas p̄ caritatē quas amiuimus per cupidi- tam. Cupiditas eīn viſcum facta eſt pen- narū noſtrarū: eliſit nos de libertate aeris noſtri: id eſt aurarū illarū liberarū ſpiritus dei. Inde eliſi p̄didimus pēnas et ſuimus quodāmodo captiuati in aucupis poſteſta te: Inde nos ſanguine ſuo redemit quē fugi- mus ut caperemur. Nutrit nobis pennas de p̄ceptis ſuis: erigimus tā eā ſine viſco. Nō amem⁹ mare: ſed volem⁹ i extrema ma- ris. Nemo trepidet: ſi nemo de pennis ſuis pſumiat: qz et pēnat: niſi ipſe erigat: niſi ipſe deducat: precipitamur in profunda maris

CXXXVIII.

brat: sed magis illuminat: qz illi dictu est in
alio psalmo: Lu illuminabis lucernā meā:
dñe deus meus illuminabis tenebras meas.
Qui autem tenebrant tenebras suas quas
deus nō tenebrat: Homines mali: homines
pueris. Lu peccātūtē tenebre sunt: dñ nō
confitent peccata sua que fecerūt: sed insu-
per defendūt: tenebrat tenebras. Ego iā si
peccasti: in tenebris es: sed cōfitendo tene-
bras tuas: mereberūt illuminari tenebras tu-
as. Defendēdo at tenebras tuas: tenebra-
bis tenebras tuas. Et qn euadis a duplīci
bē tenebris: q in simplicibē laborabas: Unū
aut dñs nō tenebrat tenebras nras: Quia
nō nos sinit ipunita hē peccata: flagellat
nos i istis laboribē: et erudit nos. Tota ista
miseria generis hūani in q gemit mūd: no-
ueritis fratres: qz dolor medicinalis est: nō
sentēta penalit. Videlis: qz dolor vbiqz:
vbiqz metus: vbiqz necessitas: vbiqz labo-
res. Crescit avaricia: sed in malis. Si ad h
deus hic talibē flagellis erudit nos: vt non
tenebren tenebre nostre: agnoscamus nos
sub pena flagelli esse: et būdicamus deū mi-
scerētē amaritudines dulcedini vite te-
poralis: ne temporaliū deliciarū delectatiōe
cecat: nō desiderem⁹ delicias eternas: nec
velimus finire mare et habitare i novissimo
maris. Seuānt g fluct⁹ maris. Quāto pl⁹
seuānt fluctus maris: tanto se illa cū pen-
nis columba suspēdit. Non ergo tenebrat
deus tenebras nras qui miscet flagella pec-
catis nostris: et amaritudines prauis dul-
cedinibus nostris. Nlos non tenebrem⁹ te-
nebras nostras defendēdo peccata nostra:
et nox illuminatio in deliciis nostris: Qm Alia lfa.
tenebre nō obtenebrabūt a te. Et nox ita
qz dies illuminabit. Nox tanqz dies.
Dies nobis pspertas seculi: nox nobis ad
uersitas seculi. Sed si cognoscam⁹ ob meri-
tu peccator⁹ nro⁹ nos aduersitates pati et
dulcia nobis sunt flagella p̄ris: ne sit ama-
ra sentēta iudicis: sic habem⁹ tenebras no-
ctis hui⁹: quō lumē noctis hui⁹. Si nox est
quō ibi lux est: Nox est: quia erratur hica
genere hūano. Nox est: qz nōdum ven⁹
ad illum diē quē non coartat bestern⁹ et cra-
stinus: sed ē dies ppetnus: sine ortu: qz sine
occasu. Nox est g hic: sed quādā lucē nox
ista habet suā: et tenebras suas. Quare sic
generalis nox dixim⁹. Que ē lux noctis h⁹?
Prospitas et felicitas seculi hui⁹: Gaudium
tpale: honor tpalio: qsi lux ē noctis h⁹. Ad
uersitas aut et amaritudo tribulationū vel
ignobilitas: tanqz tenebre sūt noctis hui⁹.

Psalms

lassati et fatigati: quasi psumentes de virib⁹
nostris. Opus ergo est vt habeamus pen-
nas: et opus ē vt ipse deducat. Aduitor em⁹
noster est. Habemus liberū arbitriū: si ipso
libero arbitrio quātū possumus: nisi nos
adiuuet ille q̄ iubet. Etenim illuc manus tua
deducet me: et adducet me dextera tua. Et
cōsiderans longinquitatē vie quid sibi di-
xit: Et dixi fortasse tenebre cōcul-
cabunt me: Ecce em iam credidi in chri-
stū: iam erigor duabus alis gemine carita-
tis: et abūdat iniqtas hui⁹ seculi: et qm abū-
davit iniqtas: refrigescet caritas multorū:
sic dixit dñs: Qm abūdavit iniqtas resti-
gescet caritas multorū. In ista vita iter tāta
scādala: inf tā mīla pcta: inf tāntas turbas
qtidianay tēptationū: qtidianay suggesti-
onū malaz: qd facio iniqt: Quō puenīa ad
extrema mār: Audio terribilit a dño: Qm
abūdavit iniqtas: refrigescet caritas multorū.
Venīs subiecit. Qui pseuerauerūt vscz in
finē hic saluus erit. Attēndēs longitudinē
vie: dīti mibi: fortasse tenebre cōculabūt
me. Et nox illuminatio mea i deliciis
meis. Facta est mibi nox illuminatio: qz in
nocte me desperauerā posse transire tm̄ ma-
re: et tantā viaz superare: et venire ad extre-
mū pseuerando vscz in finem. Gratias illi
q me quesivit fugitiū: q terga mea flagelli
plaga p̄cussit: qui me vocando ab interitu
reuocauit: qui fecit mibi illuminatā noctē.
Nox est em: qdū ista vita agitur. Quō est
nox illuminata: Quia christ⁹ descēdit in no-
cte: Accepit christ⁹ carnē d isto seculo: illu-
minauit nobis noctem. Perdiderat enim
drachmā mulier illa: accedit lucernā. Sa-
pientia dei perdiderat drachmā. Quid est
drachma: Numius: in q nūmo imago erat
ipius impatoris nostri. Fact⁹ est em homo
ad imaginē dei: et pierat. Et quid facit mu-
lier sapient⁹: Accedit lucernā. Lucerna de-
luto est: sed habet lucē qua inueniāt drach-
ma. Lucerna ergo sapientie caro christi de-
luto facta est: sed vbo suo lucet et inuenit p-
ditos. Et nox illuminatio in deliciis meis.
Facta est mibi nox i deliciis. Belicie nostre
christus. Videlte quēadmodum de illo mō
gaudecamus. Clamores isti vestri: gaudia
ista vīa vnde sunt nisi i deliciis. Unū autē
iste delicie: nisi qz nox illuminata ē: nisi qz dñs
christ⁹ nob̄ pdicat. Quia q̄sivit vos ante qz
quereretis eū: et iuenit vos vt iueniret eū. Et
nox illuminatio i deliciis meis. Qm tene-
bre nō obtenebrabūt a te: Lu g noli
tenebrare tenebras tuas: et dē illas nō tene-

Alia lfa.
† Quia.
t obscurabunt

Psalmus

In hac nocte: in hac mortalitate vite huius
ne habet homines lucem: habet homines tene-
bras: lucem: prosperitatē: tenebras aduersitatē.
Sed ubi venerit dñs christ⁹ et habitauerit
animā p̄ fidē: et p̄ misericordia alia lucē et inspira-
uerit: et donauerit patientiā: et monuerit ho-
minē nō delectari, prosperis: ne frangat ad-
uersis: incipit bō fidelis indifferēter ut mū-
do isto: nec extolli qñ res p̄spere accedunt:
nec frangi qñ res aduersae sūt: sed ubiqz dñm
bñdicē: nō solū qñ abūdat: sed etiā qñ amit-
ur: nō solū qñ san⁹ ē: sed etiā qñ egrotat: ut sit
in illo vera illa cātatio: Bñdicā dñm i omī
q̄e semp laus ei⁹ in ore meo. Si ḡ semp et
qñ lucē nor ista: et qñ obscura ē nor ista: qñ
arridet p̄spitas: qñ tristis est aduersitas: sp̄
sit laus ei⁹ in ore tuo: et fieri tibi qđ mō dictū
est: Sicut tenebre eius ita et lumen
eius. Non me cōculcant tenebre eius: qđ
nō me extollit lumē ei⁹. Ecce habes lumen
i⁹ i Job. Abūdabat omib⁹ reb⁹. Lux no-
ctis i⁹ diuitijs p̄ma describit. Quātis re-
bus: et quāta copia redūdabat: lux erat no-
ctis eius. Putauit inimic⁹ p̄pterea illū talē
virū colere dñū: qđ illa oia donauerat ei: et
petuit ut auferent ab eo. Facte sūt tenebre
noctis illi⁹: qđ primo habebat lucē. Moue-
rat tñ ille: siue lux ibi esset: siue tenebre: illā
noctē esse: in qđ p̄egrinaret a deo suo: et ha-
bebatur interiorē lucē i⁹m dñū suū: qđ quā lu-
cem interiorē indifferēter haberet: siue tene-
bras noctis illi⁹: siue lucē. P̄opterea qđ in
luce noctis illi⁹: id est in rerū abūdantia co-
lebat dñū: ablati illi⁹ omnib⁹ reb⁹: posteaqz
facte sunt tenebre illi⁹: quid dixit ille: Bñs
deducit: domin⁹ abstulit: sicut dñs placuit ita
factū est: sit nomē dñi benedictū. In nocte
sum quadaz vite hui⁹: Dñm⁹ meus inq̄t
habitat cor meū: illuminavit mihi cor meū
solach⁹ quibusdā nocte ita: qđ dedit co-
piam rerū temporaliū: Subtraxit i⁹paz lucē
temporalē: et quasi tenebrata est nocte: sed qđ
sicut tenebre ei⁹: sic et lumē eius: Bñs dedit
domin⁹ abstulit: sicut dñs placuit ita factū
est: sit nomē dñi benedictū. Hō sum tristis
in nocte hac: qđ sicut tenebre eius: ita et lu-
men eius: utrūqz transit: et qui gaudēt tan-
qz non gaudētes sint: et qui flent tanqz non
flentes sint: qđ sicut tenebre eius ita et lumē
eius. [¶] Qm̄ tu possedisti renes me-
os i⁹dñe: Hō sine causa sicut tenebre ei⁹:
sic et lumē eius. Intus ē possessor qđ nō solū
cor tenet: sed etiam renes: nō solum cogita-
tiones: sed etiā delectationes. Ip̄e ḡ possi-

CXXXVIII.

det vnde me delectaret aliquid lucis i no-
cte: ip̄e tenet renes meos: Hō nouit delectari
nisi de luce interiore sapientie ip̄ius. Quid
ergo: Non delectaris de prosperitate rerum:
de felicitate temporū: de honoribus: de di-
uitijs: de familia: Non delector inq̄t. Qua-
re: Quia sicut tenebre eius ita et lumē ei⁹.
Unde tibi ista indifferēta: ut sicut tenebre
eius: sic sit tibi et lumen eius. Unde: Quo-
nam tu possedisti renes meos domine.
Suscepisti me de vtero mīris mee.
Bum essem in vtero matris mee: nō indif-
ferenter habebam tenebras illius noctis: et
lucem illius noctis. Etenim vterus matris
mee: cōsuetudo ciuitatis mee fuit. Que est
illa ciuitas: Que nos progenuit in captiu-
tate. Nouimus babyloniam illam: de qua
hesterno die locuti sumus: vnde p̄ficiū-
tur omnes qui credūt et suspirāt illi luci bie-
rusalem celesti. Ego ergo dixi ex vtero ma-
tris mee susceptus sum a domino: inde nū-
bi tenebre noctis hui⁹: et lux hui⁹ indifferen-
ter facte sunt. Qui autē in vtero matris il-
lius babylonia gaudet prosperis seculi: fan-
gitur aduersitatib⁹ seculi: nō nouit gaude-
re nisi aliquid prosperum euenniat sūm temp⁹:
nec nouit contristari: nisi aliquid aduersus
euenniat sūm temp⁹. Jam exi de vtero ba-
bylonie: incipe cantare hymnū domino:
egredere et nascere: suscipiet te de⁹ ex vte-
ro matris tue. Quis deus: Deus ille apo-
stoli Pauli qui dixit: Cum autem placuit
deo qui me segregauit de vtero matrī mee:
predicare filiū suū in me. Que enim erat
mater eius: Synagoga. Et ibi quid didi-
cerat: nisi qđ habebant: et didicerāt ip̄i iu-
dei: et ip̄se populus: Nōmē in illis reman-
serat laudis dei: facta autē in eis nō inuenie-
bant. Erant in eis vba dei: quasi folia i ar-
bore: et fructus nūsc̄. Tālē arbore fici sicut
nostis: cū domin⁹ inuenisset: maledicto are-
fecit. Inuenit eīm in ea folia: et fructum nō
inuenit: Quādaz nobis arbore figurabat.
Mā fructū eoz temp⁹ nō dū erat. Qd oēs
homines nouerant: artifex celi et terre nō no-
uerat. Ergo ille qui Paulū segregauit ab
vtero mīris sue: ip̄e et nos segregauit ab vte-
ro mīris nře. Lūi⁹ mīris nře: Babylōie illi⁹.
Suscep̄ti ḡ ex vtero illo: iam incipiam hīc
alterā spēm. Promisit frēs: quare gaude-
tis: fructus facite positi in alia spe. Iā non
nouim⁹ malū nū offendere dñū: et nō per-
duci ad illa que p̄misit: nec nouim⁹ bonū:
nisi p̄meren dñū et p̄duci ad illa qđ p̄mittit.

CXXXVIII.

Psalms

**Quid illa bona mudi huius et mala mundi
hui?** Indifferenter habeam: quod iam suscep-
ti ab utero matris nostre indifferenter ea
huncites dicim: Sic tenebre ei: sic lumen ei.
Nec felicitas hunc seculi nos beatos facit: nec
aduersitas miseris. Opus est iusticia tene-
re: fidem diligere: sperare in deum: diligere
deum: diligere proximum. Post istos labores
habebimus in defensam lucem: habebimus die
sine occasu. Transiit quicquid est in ista nocte
lucidum et tenebrosum: Quid tu possedisti

Alia lta. renes meos: dñe suscepisti me ex utero ma-
tri no habet. tris mee. **Confitebor tibi dñe qm**
magnificat: terribiliter mirificat es: Terribilis
mirificat es: eo ipso quo te miramur: tu ter-
ribilis es cum tremore gaudem. Tunc em
ne de donis tuis nos extollentes: per sup-
biam mereamur amittere quod humilitate p-
cepimus. **L**ofitebor tibi dñe qm terribilis
mirificat es: Mirabilia opera tua de.
tumis. **E**t aia mea cognoscet valde. Ja co-
gnoscit aia mea valde: quod suscepisti me ex
utero matris mee. Antea vero mirificata est
sciencia tua ex me: inualuerat nec poterat ad
illam. Ergo ex me inualuerat: nec poterat ad
illam. **T**hi modo aia mea cognoscet valde:
nisi quod non illuminatio in deliciis meis est: nisi
quod non venit mihi gratia tua: et illuminauit tene-
bras meas: nisi quod tu possedisti renes meos:
nisi quod tu suscepisti me ex utero matris mee:

Ioccultatum. **H**o est absconditum os meu a te
toccato. quod fecisti in abscondito. Os suu dicit
quod vulgo dicit: ossum: latine os dicit: hoc in
greco inuenit. Nam possem hic putare os
esse ab eo quod sunt ora: non os corrupte ab
eo quod sunt ossa. Non est ergo absconditum
inquit os meu a te: quod fecisti in abscondito. **H**abeo in abscondito quoddam os:
sic enim potius loquamur. **A**belius est ut rep-
hendant nos grammatici: quod non intelligent
populi. Ergo est inquit quoddam os meu
intus in abscondito. Tu fecisti intus ossum
mihi in abscondito: et non est absconditum a
te. In abscondito enim fecisti: sed nūquid et ti
bi hoc abscondisti? **H**oc os meu factum
a te in abscondito homines non vident: ho-
mines non nouerunt: tu autem nosti quod feci-
sti: Quod ergo os dicit fratres: Queram il-
lud: in abscondito est. **S**ed quod christiani in no-
mine domini christianis loquimur: modo
inuenimus quod sit os meu huiusmodi. Firmi-
tas quedam est interior: quia in ossibus firmi-
tas et fortitudo intelligit. Est ergo quedam
anima interior firmitas: ubi non frangitur.
Quilibet formeta: quilibet tribulationes:

quilibet huius seculi aduersitates vndiq
seuiant: illud quod deus in abscondito fecit
firmitas: in nobis frangi non potest: non ce-
dit. A domino enim facta est quedam fir-
mitas patientie nostre: de qua dicitur in alio
psalmo: Ut ruitam deo subiicitur anima
mea: quoniam ab ipso patientia mea. Et at-
tende apostolum paulum: habentem intus
hoc genus firmitatis. Quasi tristes inquit:
semper autem gaudentes. Unde quasi tristes:
Contumelias: opprobriis: persecutionibus:
flagellis: plagiis: carceribus: catenis: lapi-
datonibus. Quis non eos miseris tunc existi-
maret: Nec illi ipsi persecutores seuirent in
eos: nisi putarent eos miseris fieri persecuti-
onibus suis. Illi enim eos ex sua infirmita-
te coniiciebant: qui non habebant ossum ab-
sconditum interius. Illi vero qui habebant:
hominibus foris tristes videbantur. Intus
autem gaudebant deo: cui non erat abscon-
ditum os ipsorum quod fecerat in abscondito.
Aperit autem hoc ossum in abscondito sa-
ctum a deo. idem apostolus paulus his
verbis: Non solus autem inquit sed etiam glo-
riatur in tribulationibus. **P**arum est quia
non es tristes: sed et gloriaris. Sufficiat tu
bi tristem non esse. **P**arum est inquit chri-
stianus: Tale ossum mihi fecit in abscondito:
ut parum sit non frangi: nisi etiam gloriari.
Unde gloriaris: In tribulacionibus scien-
tes quia tribulatio patientiam operatur.
Evide quomodo formata sit illa infirmitas
intus in corde: scientes quoniam tribulatio
patientiam operatur: patientia probacionem: pro-
batio spem. Spes autem non confundit: quia
caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spi-
ritus sanctum qui datus est nobis. Sic forma-
tum atque firmatum est ossum illud abscon-
ditum: ut faciat nos etiam gloriari in tribula-
tionibus. Sed videmur hominibus miseri:
quia absconditum est ab eis quod habemus
intrinsicus. Non est absconditum os meu
a te quod fecisti in abscondito. **E**t substi-
tia mea in inferioribus terre. Ecce in
carne est substa mea. In inferioribus est substa mea
et habeo in ossum intrinsecum quod formasti: quod
faciat me non cedere oib[us] persecutorib[us] inferi-
oris huius regiomis. **U**bi est adhuc substi-
tia mea: Quid enim magnus est: si fortis est
angelus: **M**agnus est ut fortis sit caro. Et
vnde fortis est caro: Unde forte vas fisticum:
nisi quia factum est tibi ossum in abscondito:
Et substantia mea in inferioribus ter-
re. Quid de illis qui minus firmi sunt:

Psalinus

Loquit enim ut iam cōmendauit christus:
Sed multa dicta sunt ex persona corporis:
Audi et ex persona capitū: et non quasi di-
stinguit: ut inducat ipsas psonas: modo ca-
put: modo corpus. Si enim distinguit: ut
inducat ipsas psonas: modo caput: modo corp.
Si enī distinguit q̄si diuidit: non erūt duo
in carne vna. Si aut̄ duo sunt i carne vna:
nolite mirari si duo sūt i voce vna. Q̄d do-
min⁹ n̄r̄ Jesus christ⁹ passus ē: discipli nō
dū habebāt illud ossū interi⁹: nō dū illerat
firmatū robur patiētie: et latebat se: nescie-
bat vites suas: et ausus est Petri⁹ p̄mittere
societate mortis cū dñi passiōe: et nō se no-
uerat egrotus: medic⁹ aut̄ nouerat egrotū.
Quid aut̄ factū ē: Tēcū inq̄t v̄sq̄ ad mor-
tē: Umē dico tibi: p̄usq̄ gallus cātet ter me
negabis. R̄fiso medici verior inuēta ē: q̄s
egroti p̄sumptio. Be his ḡ dicit: Nō ē a te
absconditū os meū qđ fecisti i abscondito: i
quib⁹ ē ipm̄ os firmatū intrinsec⁹: et maxie
robur passiōis ipo dño deo n̄r̄ saluatore
Iesu xp̄o: q̄ c̄t voluit sedit: cū voluit surre-
xit: cū voluit dormiuit: cū voluit euigilauit.
Quia potestatē inq̄t habeo ponēdi animā
meā: et potestatē habeo iterū sumēdi eam.
Quid de illis i quib⁹ nō erat fortitudo illa
formata atq̄ firmata: Quid de illis: Uli-
de qđ dicat deo p̄ū: Impfectū meū
viderūt oculi tui: Impfectū meū: Pe-
trū pollicentē et negantē: p̄sumentez et defi-
cientē: viderūt tñ oculi tui. Hā q̄ eū et ipse
dñs resperxit: sicut scriptū ē in euāgeliō: Tā
postterū negationē cōmonit⁹ qđ ei p̄dix-
erit dñs: Exiit foras et fleuit amare. Flet⁹ ille
de respxione dei fuit: q̄r̄ impfectū meū in-
quit viderūt oculi tui. Hā ille impfect⁹ titu-
bans in dñi passiōe: pculdubio p̄iret: b̄ vi-
derūt eū oculi tui: nō solū ipm̄: sed et oēs q̄
impfecti fuerūt: donec christi resurrectione
firmaren̄. Apparuit enī oculis eoꝝ nō pe-
risse i dñi qđ mortuū erat: et factū ē os illō
in abscondito eoꝝ: vt nec ipi laž timeret mo-
ri. Impfectū meū viderūt oculi tui. Et iñ
libro tuo oēs scriben̄. Nō solū pfecti
sed etiā impfecti. Nō timeant impfecti: tñ
pfecti. Hec q̄r̄ dixi: nō timeat: amēt impfe-
ctiōz: et ibi remaneat vbi inuēti sunt. Tātū
pfecti quātū i ipis ē. Quotidie addāt: q̄t̄
die accedāt: tñ a corpe dñi nō recedāt: vt i
vno corpe: et i his mēbris p̄agiani possint
mereri de se dictā esse vocē istā. Impfectū
meū viderūt oculi tui: et i libro tuo oēs scri-
ben̄. Per diē errabūt et nemo in

CXXXVIII.

eis: Iles h̄ad hoc erat dñs n̄r̄ Jesus chris-
tus. Uli dicebat: Ambulate dñi diē habe-
tis. S̄ q̄ diē errabāt impfecti ipi⁹. Puta-
uerunt et ipi⁹ dominū nostri Iesum christū
tñmodo hominē esse: nō habere i se occul-
tam diuinitatē: non esse occulte deum: sed
hoc solum esse qđ videbat: hoc et ipsi puta-
uerūt. Nam et ip̄e Petrus: de illo enim po-
tissimum loquimur: in quo nobis etiā nō de-
sperate firmitatis exemplū p̄positū est. Di-
xerat domino idem Petrus: cum interro-
gasset quid illū diceret homies: Tu es chri-
stus filius dei vivi. Et dixerat ei dominus:
Beatus es Symon bariona: q̄r̄ nō tibi re-
uelauit caro et sanguis: sed pater meus q̄ in
celis est. Quare: Quia dixerat eum filium
dei. Ibi paulopost eodē loco in iha cōtex-
tione verborū cepit dñs de passiōe sua fu-
tura dicere: Ille aut̄ Petrus qui iam illum
cōfessus fuerat filiu⁹ dei: timuit ne sicut fili⁹
homis moreret. Erat et filius dei: erat et fili⁹
homis: Fili⁹ dei i forma dei equalis patris:
filius homis in forma servi qua minor ē pa-
tre. Vener⁹ erat ad passionē v̄tq̄ ex for-
ma serui. Quid timuit Petrus: Ne in for-
ma serui periret forma dei: et nō potius pre-
sumpsit: q̄r̄ ex forma dei reuincseret forma
serui. Ait illi: Absit a te domine: p̄petius ti-
bi esto. Et domin⁹ qui illū beatū dixerat in
illa voce: vade post me satanas inq̄t: ne-
q̄ em̄ sapiis que dei sunt: sed que hominū
sunt. Jam dudu⁹ q̄r̄ dixerat: Tu es christ⁹
filius dei vivi: audiuit: nō tibi reuelabie ca-
ro et sanguis: sed pater meus qui in celis ē:
iō petra: iō beat⁹. Nō asit: q̄r̄ nō ex patris
reuelatione: sed ex carnis infirmitate respō-
derat: satanas appellatus ē: nō sapiis que
dei sunt: sed que hominū. Et hic erat chri-
stus: fratres inter illos ambulauerat: ven-
tis imperauerat: ante oculos ipsorū fluct⁹
calcauerat: ante oculos ipsorū quatriqua-
num mortuū suscitauerat: ante oculos ipo-
rum tanta miracula fecerat: et tamē trepi-
dauerūt in passione eius: quasi amississent
eum: de quo frustra p̄sumperant: S̄ q̄ diē
errabant et nemo i eis. Nemo proorsus: nec
ip̄e q̄ dicerat: tecū v̄sq̄ ad mortē eo. Di-
xerat enī illis: veniet hora vt me relinquatis
solum: et eat vniusquisq̄ in viam suam: sed
non sum solus: quia meū est pater. Cum
illo erat pater: et ipse cuꝝ patre: et in illo p̄f:
et ip̄e in patre: et ip̄e et p̄i vñs: et illi timererūt
cū moreret. Quare: nisi q̄r̄ q̄ diē errauerūt
et nemo fuit i eis. Per diē errabūt et ne-

CXXXVIII.

Psalmus

mo in eis. Sed quid est errabut per diem? Nisi quid peribunt: Et ubi est: imperfecti mecum ruderunt oculi tui: et in libro tuo omnes scriben: Ergo quando p diem errauerunt: Cum hic positum domini non intellexerunt.

Allia lsa
t nūmis.

Et quid sequit: **N**ibi autem valde honorificati sunt amici tui deo: Id est ipi qui p diem errauerunt: et nemo in eis fuit: amici tui facti sunt: et valde mihi honorificati sunt. Facti est i eis os illud post resurrectionem domini in abscondito: et p eius nomine passi sunt: in cuius passione trepidauerunt. **N**ibi autem valde honorificati sunt amici tui deo.

Allia lsa
t nūmis cōfor
tuus est.

Valde confortati sunt principatus eorum. Facti apostoli: facti duces ecclesie: facti arietes ducetes grecos: valde confortati sunt principatus eorum. **N**umerabo eos: et super arenam multiplicabuntur: Super illos qui p diem errauerunt: et nemo erat in eis: ecce nata est tanta multitudo: q iam sicut arena numerari si potest nisi a deo. **N**ixit enim super arenam multiplicabuntur: et tu dixerat: **N**umerabo eos. Illi ipi numerati super arenam multiplicabuntur. **E**t quippe arena numerata est: cui numerati sunt capilli capitum nostri. **N**umerabo eos et super arenam multiplicabuntur. **E**xurrexi et adhuc sum tecum. Exurrexi et adhuc sum tecum qd est: Nam passus sum inquit: sepultus sum: ecce surrexi et adhuc me non intelligunt secundum. Adhuc tecum sum: id est nondum cum ipsis: qz me nondum agnosco. Sic enim legit in euangelio: Quia post resurrectionem domini nostri Iesu christi sibi apparebant: non continuo cognoverunt. **E**st et alius sensus: Exurrexi et adhuc sum tecum: ut h tempus significare voluerit: quo adhuc in occulto est ad dexteram patris: anteceter reuelatio in claritate q ventur est ad iudicandum de viuis et mortuis. **E**t deinde dicit: quid interea p totum hoc tempus dum iam resurrexit et adhuc cum patre est patiens hic p communione peccatorum in corpe suo qd est ecclesia: et p scilicet hereticorum. Sequitur enim et dicit: **S**i occideris deus peccatores: viri sanguini declinante a me. **Q**uid dices in cogitatione: accipiens in vanitate ciuitates suas. Tunc sic connecti ordo verborum. Si occideris deus peccatores: accipient in vanitate ciuitates suas. Sic enim occisos vult intelligi: cum p superbiam qua intumescunt amittunt gratiam qua vivunt. Spiritus enim sanctus discipline effugiet fictum: et auferet se a cogitationibus qz sine intellectu. Sic occidunt peccatores: qz obscurati intelligentia aliena

naturae vita dei. Amittunt enim professione ppter elatione: atque ita eis occisis fit qd scriptum est: **A**mortuo homine tanquam q non sit perit confessio: et sic accipiunt in vanitate ciuitates suas: id est plos suos vanos eorum vanitatem sectantes: cum inflati iusticie nomine persuaderent: ut disrupto iustitiae vinculo: eos tanquam inimicos ceci et imperiti sequantur. **E**t qz pterum hinc inueniunt occasionem separandi se ab unitate christi: dum malos accusant cum quibus se communione nolle habere cantant: **E**t qz fieri potest: ut non tam infamem inoccetas qz tantum malos se fugere simulant: sed etiam vera de quibusdam malis suis simulibz dicant: infestos tritici christi seruato unitatis vinculo gerunt: ppter ea interposuit: viri sanguinum declinate a me: qm dices in cogitatione accipient in vanitate ciuitates suas: id est ideo seducunt in separationem ppter a plos suos vanitate propria corrumpendos: qz tu in cogitatione dices: viri sanguinum declinante a me: ut scilicet merito superbie peccatores in spiritu occisi: ppter ea ciuitates suas: hoc est plos suos inuanos accipient: b est in erroris vanitate separando traducant: et quasi offensi communione paleaz: disrupta unitate: tritici deserant: quia ipsum triticum: id est bonos fidèles monent: ut ante ventilationem que nouissima futura est: non apte se a malis segregent: ne adhuc eis commixtos deserant bonos: sed p bona conuersatione et dissimilitudinem vite quodammodo tacite illis dicat corpus christi: viri sanguinum declinante a me. **H**oc enim eis voce dicitur: que vox in cogitatione est: sicut ea deo dicit in cogitatione sancti populi sui. **V**iri autem sanguinum qui sunt: nisi qui oderunt fratres: **S**icut Iohannes dicit: Qui odit fratrem suum homicida est. **H**oc ergo non intelligentes occisi peccatores: quod dicat deus malis in cogitatione bonorum: viri sanguinum declinante a me: accusant in eis communionem malorum: et se p has calumnias separando accipiunt in vanitate ciuitates suas. **H**ec vox que modo in cogitatione bonorum dicitur malis: apta erit in illa die: quando eis dicitur a capite ipso nostro: **N**unc noui vos: discedite a me omnes qui opamini iniquitatem. **N**unc autem dicit corpus christi qd est ecclesia. **Q**uid est qz mihi calumniant superbis: quasi me maculent aliena peccata: et ppter ea separando se accipiunt in vanitate ciuitates suas. **N**onne teos qzoderat te odio habui. **E**t quid a me peiores ex iungunt etiam corporales a malis separatio

Allia lsa
t omnia dicitur

Allia lsa
t non habent
t perfecto odio oderat eos
t oderunt
t oderam.

Psalms

nem: ut ante tempus messis simul cum 313
nhs eradicef et triticum: ut ait tempus ven-
tilationis perdā sustinentia tolerādi paleā:
ut anteq̄ oīa genera piscū ad finem seculi
tanq̄ ad luttus separanda pueniant: retia pa-
cis vnitatisq̄ dirumpā: Nūquid malorū
sunt sacramēta que accipio? Nūquid eorū
vite factis cōmunico cōsentiendo? Nōne
eos qui oderant te dñe odio habui? Et su-
per inimicis tuis tabescebam. Nō
ne cū zelus domus tue cōmederet me: vide-
bam insensatos et tabescebā: Nōne et tediū
detinebat me a peccatorib⁹ derelinquēt⁹
legem tuā? Qui em̄ sunt inimici tui nisi qui
vita sua indicat q̄s oderint legez tuā? Hos
ergo cum odissim: cur mibi calumniāt qui
accipiūt in vanitate ciuitates suas: q̄ mibi
imputari possint eoꝝ peccata quos oderā:
et sup quib⁹ zelo dom⁹ dei tabescebā: Sed
vbi ē: Bilitate inimicos vestros: An q̄ ve-
stros dixi: nō dei? Benefacite inq̄t eis qui
oderūt vos: nō ait: qui oderūt deus. Ideo
iste secutus dixit: Nōne eos qui oderūt te
dñe odio habui: non dixit: qui oderūt me:
et sup inimicis tuis tabescebā: tuis dixit nō
meis. Sed qui nos ppter ea oderūt: et pro-
pterea inimici nobis sunt: q̄ deo seruumus:
quid aliud q̄s eū oderunt: et eius inimici se?
Nūquid ergo tales inimicos nostros dili-
gere nō debem⁹? Aut nō ppter deū psecu-
tionē patiunt⁹: qb⁹ dicit: Orate p pseque-
tibus vos. Ergo attēde q̄d sequit. Per
fecto odio oderā illos: Quid est pse-
cto odio: Oderā in eis iniqtates eoꝝ: dili-
gebā conditionē tuā. Hoc ē perfecto odio
odisse: vt nec ppter vicia homines oderis:
nec vicia ppter homines diligas. Nā ecce
vide quid adiūgat. Inimici facti sunt
mihi. Non iam tm̄ dei: sed suos inimicos
osidit. Quō ergo in eis impleuit: et qd ipse
dixit: Nōne eos qui oderāt te odio habui:
et qd dñs pcepit: Bilitate inimicos v̄ros.
Quō impleuit hoc: nisi illo pfecto odio: vt
hoc in eis oderit quod iniqui sūt: hoc dili-
git qd homines sunt: Nam et tpe veteris te-
stamēti quo visibilibus supplicijs carnalis
popul⁹ coercebāt: homo ad nouū testamē-
ti p intelligentia p̄tinens famul⁹ dei ḥoy-
ses: quō oderat peccatores: cuꝝ p eis ora-
bat: et quō nō oderat: cum eos occidebat:
nisi q̄ pfecto odio oderat eos? Ea nāq̄
pfectione sic oderat iniquitatē quā punie-
bat: vt diligenter humanitatē pro q̄ orabat.
Lū ergo corp⁹ christi ab impijs et iniq̄s etiā

CXXXVIII.

corporaliter in fine sepandū: nūc inter eos
interim gemat: et cum illi occisi peccatores
tanq̄ de malorū cōmunione bonis caluni-
ando: et se quasi p occasionē malorū magis
a bonis et innocentibus sepando: sic acci-
pient i vanitate ciuitates suas: vt mīli ma-
li adhuc restent qui eorū separationē non se-
quātur: sed a bonis v̄s q̄ in finem tolerādi ī
eadem p̄mixtione remaneat. Quid inter h̄
agit corpus christi: siue centenū: siue sex-
agenū: siue tricenū fructū afferens cum tole-
rātia? Quid agit p̄ prima christi ī medio fi-
liaꝝ: sicut liliū in medio spinarū? Que sunt
voces eius: q̄ cōscientia: que sp̄s filie regl
intrinsec⁹? Ecce audi quid dicat. Pro-
ba me deus et scito cor meū: Tu de⁹:
tu p̄ba: tu scito: nō homīc: nō heretic⁹: q̄ nec
p̄bare nouit: nec scire potest cor meū: vbi
tu probas et scis: quia non consentiā factis
malorū: et illi me putant contaminari posse
peccatis aliorū: vt dum ego in lōguinqua
p̄egrimatione mea facio: quod in alio psal-
mo gemo: id est: Lū bis qui oderāt pacem
eram pacificus: donec pueniam ad illā vi-
sionem pacis: qd interpretat hierlm̄: que ē
mater omnīū nostrū ciuitas eterna in celis.
Ipsi litigādo et caluniādo seq̄ separando ac-
cipiant nō plane in eternitatem: sed in va-
nitate ciuitates suas. Proba ergo me deus
et scito cor meū. Scrutare me et co-
gnosce semitas meas. Et quid hoc:
Attende quid sequit. Et vide: inquit:
si via iniqtatis in me est: et deduc
me in via eterna. Scrutare inquit semi-
tas meas: id est p̄silia et cogitationes meas:
et vide si via iniqtatis sit in me: siue facien-
do: siue cōsentiendo: et deduc me in via eter-
na. Quid aliud dicit: q̄s deduc me in chri-
sto: Quid est enim via eterna: nisi qui ē vi-
ta eterna: Eternus enim est qui dixit: Ego
sum via veritas et vita. Si ergo aliquid in-
ueneris in via mea qd displiceat oculis tuis:
quoniam via mea mortalis est: tu deduc me
in via eterna: vbi nulla ē iniq̄itas. Quia
et si quis peccauerit: aduocatum habemus
apud patrem Iesum christum. Ip̄e est ex-
oratio p̄ peccatis nostris. Ip̄e est vita eter-
na sine peccato. Agna sacramēta fratres quomō
nobiscum loquit̄ spirit⁹ dei: quō nobis fa-
cit in hac nocte delicias. Quid ē hoc: roga-
mus vos fratres. Unde dulciora: quo ob-
scuriora. Cōficit nobis potionem ad amo-
rem suum: quibusdam modis miris miri-

*Ella līa.
Interroga.*

Psalmus

sicut ipa dicta sua: ut cum ea dicemus: q̄ iam noueratis: tamē q̄ ex illis locis eruebanſ que obscura videbant: tanq̄ noua ſi eret ipsa cognitio. Nūquid non noueratis fratres: q̄ in ecclesia dei tolerādi ſunt ma- li: t ſcismata nō ſunt facienda? Nūquid nō iam ſciebat: q̄ intra illa retia que capiuit bonos t malos pifces: pdurandi eſt vſq; ad littus: nec retia rumpenda ſunt: quia in littore ſepabunt boni ad vasa: t mali pifci enſ? Jam iſta noueratis: versus autē iſtos psalmi hui⁹ nō intelligebatis. Expositū eſt qđ non intelligebatis: t innouatū eſt quod noueratis.

**Explicit Tractatus de p̄s. CXXXVIII.
Incipit Tractatus de p̄s. CXXXIX.**

Prefatio.

Tuſſerit dñi fratres: t in iſis domi- nus omniū vt iſtū psalmū afferā ad vos intelligendū: quātū domi- n⁹ donat. Adiuuet oīonib⁹ veftris: vt ea di- cam que oportet me dicere: et vos audire: vt omnib⁹ nobis vtilis ſit ſermo diuinus. Non em⁹ omnib⁹ vtilis eſt: q̄ nō eſt omniū fides. Fides autē ſic eſt i anima vt radix bo- na que pluviā in fructū ducit: pſidia vō et error diabolic⁹: t cupiditas mala radix om- niū malorū: ſicut radix spinarū etiā dulcem pluviā ad punctiōes couertit. Quid habet psalmus iſte credo cuž cantareſ aduertiffe vos: Q̄ ſi cōquerit t gemit: t deo prece ſu- dit: inter malos cōſtitutū corp⁹ christi. Et⁹ em⁹ vox eſt in omni tali p̄phetia tanq̄ illius inopis: id eſt egētis: nodum ſatiati eſurien- tis t ſatiēti iuſticiā: cui quedā ſaturitas p- miffa in fine ſeruatur. Interim hic nunc ſi- tiat t eſuriat: t gemat t pulset t querat: pe- grinationis illecebris non delectet: Nō pu- let patriā ſeculū: viſi vt liberareſ christ⁹ ad- uenit: q̄ christus caput noſtrū eſſe voluit: caput ſc̄i cuiuſdā corporis. Nō em⁹ poſt dici caput: vbi corp⁹ nullū eſt cui ſit caput. Proinde ſi caput christus: t alicui⁹ corporis caput eſt christus: corp⁹ illius capitis ſan- cta ecclēſia eſt: in cui⁹ nos mēbris ſumus ſi caput noſtrū diligim⁹. Audiam⁹ ergo vo- ces corporis christi: hoc eſt noſtras ſi ſumus in christi corpore: q̄ quiſq̄ ſibi nō fuerit: in eis eſt intra quos illud corp⁹ gemit. Proinde aut in illo corpore eris vt gemas inter malos: aut non eris in illo corpore: t in eis eris inter quos malos gemit corpus quod gemit int̄ malos: aut mēbrū christi: aut ho- ſtis corporis xp̄i. Nec iſi iuici et aduersarij

CXXXIX.

corporis christi vno modo intelligunt: aut vno modo agunt. Cleriſelliſ eſt eſi qui i eis regnat: et qui eis vniq̄ tanq̄ vasis ſuis. Ceterū multi ab illo liberātur: et in corpus christi trāſeūt: t qui ſint: t quid futuri ſint: nouit ille qui illos redemit ſanguine ſuo ne- ſcītes. Sunt autē quidā pſeueraṭes in ma- licia ſua: ad christi corp⁹ nō p̄tinētes: t ipsi noti ei vtiq; cui nibil ignotum eſt. Interim illi qui iam cōpaginati ſunt cu mēbris eius nondū habentes reſurrectionē futurā: in q̄ perit omnis gemit⁹: t laus ſuccedit: in qua omnis tribulatio moriet⁹: t erit ſine fine ex- ultatio: nondū ergo habētes hoc in re: ſed tñ tenentes in ſpe: gemit⁹ ex deſiderio quo- dam: t orant ſe liberari ab omnibus malis inter quos neceſſe ē viuere t bonis. Nō. n. ſepatio iam cuiq; tutā eſt. Illius em⁹ eſt ſe- pagio: qui nō nouit errare. Quid eſt q̄ non nouit errare? Ut nec malū traſciat ad ter- ram: nec bonū ad ſinistrā. Nos autem in hac vita diſſicile eſt vt noſipſos nouerum⁹: quāto minus debem⁹ de quoq; p̄properā ferre ſententiā. Quia ſi hodie malū noui- mus: cras qualis futur⁹ ſit ignoramus. Et forte quē veheſtēr odimus frater noster eſt t neſcimus. Securi ergo odimus in ma- lis maliciā: t diligimus naturam: vt quod ibi fecit deus amemus: quod ibi fecit ipſe homo oderimus. Fecit em⁹ deus ipm homi- nē: fecit autē homo peccatum. Bilige quod fecit deus: odi quod fecit homo. Sic enim pſequerit quod fecit homo: vt liberetur qđ fecit deus.

In fine psalmus ipſi David.

Finem non intendaſ alii: q̄ ſibi ab apostolo preſtitū eſt. Finis enim legiſ christus ad iuſticiā omni cre- denti. Ergo cum audis psalmū dicere: in fi- nem: corda couertant ad christum. Tanq̄ em⁹ prece psalmi: eſt titul⁹ psalmi: veluti di- cens: Ecce vent⁹: t inde dictur⁹ ſum: de chri- ſto cantatur⁹. Nam t ipi David: nō intelli- go: niſi ipm qui factus eſt ex ſemie David ſi carnem. Interim ppter genus cōgruit nomē: Gen⁹ carnale David: genus ſpiri- tuale ſupra David: t nō ſolū ante David: ſed ante Abraā: Nec ante Abraā tñ: ſi affi Adam: nec ante Adā tñ: ſed ante celum t terram: ante omnes angelos: ante oēs po- testates et virtutes: ante omnia viſibilia et inuifiibilia. Quare: Quia vt hec eſſent: oia per ipm facta ſunt: t ſine ipo factū eſt nibil. Ergo q̄ ex ſemie David nō ſi diuinitatē